

Membr. 2. Cap. 2. *Disciplinarum Scopo.* 177  
de DEO, summi boni practici scopo. Justitiae Bonitatisque  
fonte, passim loquentem; sed & Philosophiam Naturalem.  
Deum ut motorem primum ubique suspicentem: Mathe-  
maticam, formarum immobilium pulchritudinem acceptant  
Deo per omnes demonstrationum *αναλύσεων* ferentem: & im-  
primis Philosophiam primam omnium Entium & Substantia-  
rum reductionem ad Deum tanquam ad Substantiam Pri-  
mam & Ens entium quasi solenniter instituentem: Ipsam  
denique *Analysem*, Philosophiae genuinæ *Prodromum*, Deum  
totius summi Boni Philosophici, tam theoretici quam pra-  
etici, Scopum tum in procœmio statim intimantem, tum in  
ipso tractatu Subjecti, Principiorum, & ipsius Præceos occa-  
sione religiosè præconstituentem. Quapropter quod vul-  
go de Subjecto disciplinarum formalis, & consequenter de fi-  
ne, dici solet, idem potiori jure de Deo intelligere licet in  
Philosophia reali, nempe *quod in ea DEUS ubique pariter &*  
*nullibi veniat in considerationem: Nullibi, quod nulla ejus di-*  
*sciplina non nisi de Deo formaliter & immediate agat; Ubi- Ubiq. nemo*  
*que, quod omnes omnium demonstrationes, principia, con- celebratur:*  
*secaria, Deum suum fontem, tum scopum ultimum, se-*  
*cum involvant, & seipsis Deum Sapienti h. e. contemplanti*  
*præsentem, annuentem, cooperantem ubique sistant.*

§. 7. Et hoc est illud Philosophorum Bonum, in quo *Quod est*  
naturalis & exulta Ratio semper acquiescit! haec est illa felici-  
tatis humanæ Summa, de qua tanquam de bono inestima-  
bili Sapientes nunquam non triumphant! *DEUS est, quem* *BONUM,*  
contemplatione veneramur! *DEUS est, in quo philosophan-*  
do tam suaviter acquiescimus! certò persuasi, Deo, cuius  
majestatem affectu potius quam opere (quid enim ipsi da-  
bimus miseri) venerari licet, placere, si, præconcepto semper  
omnium perfectionum in essentiâ divinâ concursu quam *e-*  
*minentissimo*, quod naturæ justitiâ nobis porrò incumbit  
obsequium, rerum suarum contemplatione h. e. devotissi-  
mâ divinitatis hinc eluentis admiratione, & hanc quovis  
loco sequuta pietatis & virtutum exercitio, sua sanctitatis

Z indi-

*Nullibi di-  
rectè subje-  
citur,*

*Summum  
illud Philo-  
sophorum*

*BONUM,*